



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 10. Solitudo in turba.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Aliud cecidit secus viam; & conculcatur est. Luc. 8. 5. Granum juxta viam, virtus in publico, conculcatur; proficit in recessu, & honorabilis ostenditur. Escobar. t. 6. Parab. Chr. l. 8. Sect. 1. obs. 4. Fugiamus civitatum, & vicinorum, celebritates: ut, qui in civitatibus, & vicis, habitant, ad nos concurrant. Amemus solitudines: ut, qui nos in presentia fugiunt, ad nos pelliceamus. - Joannes quidem Baptista in solitudine versabatur; & civitates ipsæ cum hominibus ad eum confluebant. Luc. 3. 3. S. Nilus lib. ascet.

§. IX.

Solitudinis aliæ utilitates, & motiva.

Thesaurum abscondito in agro. Matth. 13. 44. Cur invenit in agro, & non in civitate? in quo negotiator reperit margaritas? Resp. instrumur: ut ad comparandum thesaurum, qui est regnum cælorum, egredi debemus è domo, urbe, ac tumultu. Secundo plus donorum cælestium reperitur in solitudine, quàm turbâ. Sylveira hic q. 3.

Jesus autem plenus spiritu S. &c. Luc. 4. 1. Planè spiritu S. pleni non sunt, sed vanitate humidi, qui per plateas aguntur: nam Christus Deo plenus fugit in eremum. Thesaurum in Evangelio. Matth. 13. 44. homo qui invenit; vadit, & abscondit. Ità tu, qui largius divinò rore complueris; eò magis recede ab hominum consuetudine. Oliva l. 13. Strom. hic.

Quidam, cum senem interrogasset, unde hoc fieret, quòd sibi molestum esset in cella federe? accepit: quia nondum prospexisti in futuram requiem, vel afflictionem: si enim hæc animò diligenter inspicias, & mediteris; etiamsi cella tua vermes scaturiat, ut ad collum usque immergaris in illis; sustine-

res utique absque molestiâ ullâ, & difficultate. S. Dorotheus Abb. Doctr. 12.

§. X.

Solitudo in turba.

Dile gentes sunt in utero tuo. Gen. 25. 23. *Et duo populi ex ventre tuo dividuntur.* Una erat, & populos internè gestabat. Fors in domûs abditis degebat abscondita; & tamen ibi populari tumultu afflictabatur. Plures in solitudine degentes populos animò gerunt, & tumultibus perturbantur. Naxera in Jos. 24. §. 15.

In urbibus, quasi in solitudinibus, versans: quòd hominum congressus illius virtutem nihil læderet. S. Greg. Naz. orat. funeb. de S. Basilio fratre suo.

Sinè turbatione versabatur in turbis: sinè otio tempus, quod otio dederat, transigebat. S. Bernardus vitæ S. Malachie Ep.

Ad orandum etiam in turba solitudinem reperiebat. Vitæ S. Bernardi l. 1. c. 4.

Miscellanea.

Urbis conversationem, & mille malorum occasiones, reliqui; meipsum relinquere nondum potui. S. Basilius ad Gregor. Naz. de vita solit.

Solitudo vera est, abstrahere mentem à sollicitudine, & occupatione, actionum exteriorum, ab omni delectatione creaturarum; omnes affectiones, voluntates, intentiones, unanimiter, in quantum potest, dirigere in Deum. S. Albertus M. parad. an. c. 32.

S. Franciscus dicebat: corpus est cella, & anima est eremita; quæ moratur in cella, ubicunque sit, etiam inter homines, ad orandum Dominum, & meditandum de ipso. Ità Lucas Wadingus in anaal. Min. Ag. 1212.



TITU-